Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



40

INCIPIT PROLOGVS HIERONIMI PRBI IN IHOSEE PHETA.

IN EXPLANATIONIBVS OMNIVM pphetarū scī spū indigemus aduentu. ut cui instinctu scripti sunt illius reuelatione pandantur. & in esaya signatum legim⁹ librū quē scribe & pharisei qui legis litteras nosse se iactant n̄ possunt legere quia signatus ē. nulluſq; inueniri potuit nisi leo de tribu iuda quē signauit ds̄ patr̄ qui eius posset reserare mysteria. quantomagis in explanatione osee pphete orandus est dn̄s. & cū petro dicendū. edissere nobis parabolā istam. presertim cū obscuritatē uoluminis in fine testetur ipse q̄ scripsit. quis sapiens & intelliget ista. intelligens & cognoscet ea. Quod n̄ p impossibilu sed p difficilu debem⁹ accipere iuxta illud euangelū. Q̄s putas est seruus fidelis & prudens. quē cōstituet dn̄s sup familiā suam. Quis enī n̄ statim in fronte libri scandalizet & dicat. osee prim⁹ omniū pphetarū meretricē accipere iubetur uxorē & n̄ contradicit. n̄ saltem nolle se simulat ut rem turpē facere uideatur inuitus. sed exequitur ceteris imperiū quasi optauerit. quasi multo tēpore eū pudicitie uacasse penitreat. cū honestiora & sine peccato scōs impia uiros renuisse dn̄o legerim⁹. Moyses mittitur ad pharaonem & dux israhelitici ppli constituit. & tamen n̄ imbecillitate sed humilitate respondet. Prouide aliū quē mittas. Hieremias puerū ee se dicit. ne peccatē arguat hier̄m. Ezechiel iubetur de omi genere leguminis ac sementis unū subcinericiū facere. & coquere illū in humano stercore & ait. Nequaquā dn̄e. quia nūquā immundū intrauit in os meū. Et osee audiens adn̄o. accipe uxorē fornicariā. n̄ frontē rugat. n̄ merorē pallore testatur. n̄ uerecundiā mutato genarū rubore demonstrat. sed pergit ad lupanar & scortū ducit ad lectulū. & n̄ illā pudicitie matronali sed se luxuriosū ac neporē pbat. Qui enī adheret meretrici. unū cū ea corpus efficitur. Hec q̄ audientes q̄d possum⁹ respondere nisi illud pphetic̄ū. quis sapiens & intelliget ista. intelligens & cognoscet ea. Vnde & nobis dicendū ē cū dauid. reuela oculos meos & cōsiderabo mirabilia de lege tua. ut introducat nos rex in cubiculū suum. & uelamen q̄d ante oculos moysi positū fuit in lectione ueteris testamti tollat a nobis. Statim enī ut locutus ē dn̄s. patet. in manus tuas cōmendo spm̄ meū. & hec dicens exspirauit. uelū templi sessū est & omia iudeor̄ secreta patuerunt. & fons qui egredie